

AMICO LECTORI.

AD laudem atque existimationem ingenui probique viri interesse existimaui semper, ut per quos profecerit, a quibus fuerit adiutus, nemo ignoret. Vsi ergo sumus Scaligeri codicibus duobus; altero ex Henrici Stephani, altero ex Francisci Nansij editione: in quibus magnus ille vir quædam, quorum suo loco fere omnium meminimus, manu annotarat. Quorum alterum suppeditavit nobis Nobilissimus Amplissimusque vir Ianus Rutgersius, suavisissimus affinis noster, ὁ μακαρίτης. cuius, nullum gaudium, nullus mæror, ex animo nostro memoriam delebit. Alterum vir celeberrimus ac diffusæ eruditionis Gerardus Vossius. Quæ in illis inuenimus, quanquam potissima suis, ut jam dixi, locis retulerimus, ne quis parum beneficij memores queratur, & ut eruditus etiam hoc modo gratificemur, hic exprimenda duximus.

IN Stephanico codice cap. 2. comm. 7. ad illum versum Ἰδάλῳ ἀκρήτοιο φιλότῳ ἔπλεον αὐρή, manu Scaligeri annotatum erat ἔπλεον. Et sequenti versu, pro Οἰνώπη δ' ἐκέλευεν ἀναξ σημάτων φωνῆ, Οἰνόπη. Quæ duo & in Nansiano codice, manu diuersa annotata erant. In eodem Stephan. cap. 3. comm. 1. pro ἡσοπλανέων φαροσίων, emendatum erat, νοσοπλανέων. cap. eod. comm. 7. pro Καὶ μὴ γάμβῳ ἔχητε, Καὶ μὴ γάμβῳ ἔχητε. quod & in margine codicis sui manu sua annotauerat Nansius. eod. cap. comm. 12. pro πέιστεο μνοναῖς, πέιστεο. sequenti autem comm. pro ἀήττα σάρα σινάπλων, ἀήττει. cap. 4. comm. 9. pro Ἀδομύροις σομάτεσιν, ἀδομύροις & αἰδομύροις ascriptum erat. quæ & in Nansiano Vossij sic annotata erant. cap. eod. comm. 12. pro πεδοτσοφές ὄρκιον ὑφωρ, πεδοτσοφές. cap. 5. comm. 4. pro ὄπη κεκαῶμῳ ἀνῆρ, scriptum erat κεκαῶμῳ. cap. eod. comm. 9. pro ἔπωμίδα λέκτρον αἰείρων, ἔπωμίδι, in utroque codice. cap. eod. comm. 16. pro ἐπέτρεπον ἔργον ἀκαίτταις, ἀήταις, in

in